



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

3. Quomodo Constantinus Imper. apparentibus sibi noctu Petro & Paulo Apostolis, à corporis & animæ lepra liberatus, Christiq[ue] fid[em] professus sit.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

rium gerens, si antequam arcae fimbriae sum-
 mitatem crescendo contigerit, decerpatur.
 Hanc statuam ad similitudinem vultus IESU
 formatam tradebant, quae permansit ad nostra
 usque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspe-
 ximus. Et nihil mirum, si hi qui ex gentibus
 crediderant, pro beneficijs, quae à saluatore lu-
 erant consecuti, huiusmodi velut munus ve-
 debantur offerre, cum videamus etiam nunc
 Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Salu-
 toris imagines designari, tabulasque depin-
 Sed & antiquas ipsorum imagines, à quibus-
 dam conseruatas nos vidimus, quod mirum
 detur ex gentili consuetudine indifferenter
 obseruatum, quod ita soleant honorare, quos
 honore dignos duxerint. Insignia enim vete-
 rum referuari ad posteriorum memoriam, il-
 lorum honoris, horum verò amoris indicium
 est.

*Constantinus Magnus Imperator, in fidei sua con-
 fessione & edicto, cui consonat Nicephorus Callista
 Eccles. histo. lib. 7. cap. 33. Quomodo Constantinus
 Imper. apparentibus sibi noctu Petro & Paulo
 apostolis, à corporis & animae lepra liberatus, Chri-
 stique fidem professus sit,*

CAP. III.

Confitemur Dominum nostrum IESU
 Christum, & implēsse legem & Prophe-
 tias, passum, crucifixum secundum scripturas
 tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum

LIBER III.

215

in caelos atque sedentem ad dextram patris,
 inde venturum iudicare viuos & mortuos,
 cuius imperij nō erit finis. Hæc est enim fides
 nostra orthodoxa à beatissimo patre nostro
 Syluestro summo Pontifice nobis prolata. Ex-
 hortantes ideires omnem populum & diuer-
 sas gentium nationes, hæc fidem tenere, co-
 lere, ac prædicare. & in sanctæ Trinitatis no-
 mine baptismi gratiam cōsequi, & Dominum
 Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui
 cum Patre & Spiritu sancto per infinita viuit
 & regnat sæcula, quem Syluester beatissimus
 noster Pontifex in vniuersali prædicat, corde
 deuoto adorare. Ipse enim Dominus Deus
 noster misertus mihi peccatori, misit sanctos
 suos Apostolos ad visitandum nos & lumen
 sui splendoris infulsit nobis, & abstractum à te-
 nebris ad veram lucem & agnitionem verita-
 tis me peruenire gratulamini. Nam dum va-
 lida squaloris lepra totam mei corporis inua-
 sisset carnem, & multorum medicorum con-
 uenientium cura adhiberetur, nec vnus qui-
 dem promerui salutem. Ad hæc aduenerunt
 sacerdotes Capitoliij, dicentes mihi debere fie-
 ri fontem in Capitolio, & compleri hunc in-
 nocentum sanguine calente, & in eo loco me
 posse mundari. Et secundum eorum dicta ag-
 gregatis plurimis innocentibus infantibus,
 dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes
 eos mactare, & ex eorum sanguine fontem re-
 pleri,

O 2

pleri, cernens serenitas nostra lachrymas me-
 trum eorum, ilicò exhorui facinus, miserul-
 que eis, proprios illis restitui præcepimus fili-
 os suos, datisque vehiculis & donis concessis,
 gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur
 transacta die, nocturno nobis facto silen-
 tio, dum somni tempus aduenisset, adfuit A-
 postoli, sanctus Petrus & Paulus, dicentes mi-
 hi: Quoniam flagitijs posuisti terminum, & ef-
 fusionem sanguinis innocentis horuisti,
 missi sumus à Christo Domino Deo nostro,
 dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Au-
 di ergo monita nostra, & fac quodecunque in-
 dicamus tibi. Siluester Episcopus ciuitatis ad
 montem Soracten persecutiones tuas fugiens
 in cauernis petrarum cum suis clericis late-
 bras fouet, hunc cum ad te adduxeris, ipse tibi
 piscinam pietatis ostendat, in qua dum te ter-
 tiò merserit, omnis te valitudo ista deferat. A-
 præ: quod cum factum fuerit, hanc vicissim-
 dinem tuo Saluatori compensa. Te autem quæ-
 sum in hac parte purifica, vt relicta omni su-
 perstitione idolorum, Deum viuum verumque
 qui solus est & verus, adores & excolas, & ad
 eius voluntatem attingas. Exurgens igitur à
 somno protinus iuxta id, quod à sanctis Apo-
 stolis admonitus sum, peregi, aduocatoque eo-
 dem præcipuo & magnifico patre, & illumi-
 natore nostro Siluestro, omnia à sanctis Apo-
 stolis mihi præcepta dixi verba, percun-
 eum
 Ille ve
 los Sa
 terrog
 ipsoz
 haber
 quod
 bilis p
 per D
 dum a
 deram
 uissem
 sarap
 somn
 iudixi
 nostru
 que à
 sita fu
 oratio
 Christi
 impos
 sulem
 pis, &
 factis
 tem, f
 sibilis
 Dom
 eto er
 omni
 re, ill

eum sumus, qui isti dii essent, Petrus & Paulus. Ille verò ait, nō eos deos verè dici, sed Apostolos Saluatoris nostri Iesu Christi. Et rursus interrogare cœpimus eundē Siluestrum, vtrum ipsorum Apostolorum imaginem expressam haberet, vt ex picturis disceremus, hoc esse, quod reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorundem Apostolorum per Diaconem suum exhiberi præcepit, quas dum adspicerem, & eorum, quos in somno videram figuratos in ipsis imaginibus, cognovissim vultus, ingenti clamore corā omnibus sarrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno viderā. Adhæc beatissimus Siluester iudixit nobis pœnitentiæ tēpus intra palatiū nostrū Lateranense in vno cilicio, vt omnia, quæ a nobis impiè peracta, atq; iniustè disposita fuerant, vigilijs, ieiunijs, atq; lachrymis & orationibus apud Saluatorem nostrum Iesum Christum impetraremus. Deinde per manus impositionem clericorum vsq; ad ipsum Præsulem veni, ibiq; abrenunciâs Sathanæ, pompis, & operibus eius, vel vniuersis idolis manufactis; credere in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilibus & invisibilibus: & in Iesum Christum eius vnicum Dominum nostrū, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, spontanea volūtate corā omni populo professus sum Benedictoq; fonte, illic me trina merione vnda salutis purificavit.

cauit. Leuatoque me de venerabili fonte, indu-
 tus vestibus candidis, septiformis Spiritus
 sancti consignationem adhibuit, beati Chris-
 smatis vnctione, & vexillum sanctæ crucis in
 mea fronte liniuit, dicens: Signat te Deus
 sigillo fidei suæ, in nomine Patris & Filij & Spi-
 ritus sancti in consignationem fidei. Cunctus
 que clerus respondit, Amen. Et adiecit Præfati
 Pax tibi. Prima itaque die post perceptum
 sacri baptismatis mysterium, & post curatio-
 nem corporis mei a lepræ squalore, agnouit
 non esse alium Deum, nisi patrem & filium &
 Spiritum sanctum, quem beatissimus Syriac-
 ster prædicat, trinitatem in vnitatem, vnitatem
 in trinitate. Nam omnes dij gentium, quos vs-
 que hætenus colui, dæmonia, opera hominū
 manufacta comprobantur. Etenim quantum
 potestatem idem Saluator noster suo Aposto-
 lo beato Petro contulerit in cælo ac terra, lu-
 cidissimè nobis idem venerabilis pater edui-
 dum fidelem cum in sua interrogatione inue-
 niens, ait: Tu es Petrus, & super hanc petram
 ædificabo Ecclesiam meam, & porte inferi nō
 præualebunt aduersus eam. Aduertite poten-
 tes, & aure cordis intendite, quid bonus ma-
 gister & Dominus suo discipulo adiunxit, in-
 quiens: Et tibi dabo clauēs regni cælorum, ut
 quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum
 & in cælis: & quodcumque solueris super
 terram, erit solutum & in cælis. Et dum hæc



pradicante beato Syluestro agnoscerem, ex beneficiis ipsius beati Petri integræ me sanitanu comperi redditum.

D. Ioannes Damascenus lib. 1. de venerat. sanctarum imaginum, Leo Imperator in oratione Encomiastica in Ioannem Chrysoft. & Simeon Metaphrastes in vita eiusdem S. Chr. soft. De imagine S. Pauli Apostoli, quam frequenter intuebatnr Chrysoftomus, et de S. Paulo Apostolo in specie eiusdem imaginis cum D. Chrysoftomo colloquente.

CAP. IIIII.

Beatus Ioannes peculiari quodam amore complectebatur sapientissimi Pauli epistolas. Erat autē illi in imagine effigies, ipsum Apostolum Paulum velut spirantem exprimens. Vbi pusillum quid temporis interquiescit pro subleuanda infirmitate corporis (si quidem supra naturæ conditionem peruigilabat) & quum nonihil ex Pauli epistolis percussisset, in Apostoli effigie fixius oculorum aciem intendebat, & quasi is in viuis superesset, ita in ipsum pressus contuitum defigebat. Hæc ibi Damascenus: Reliqua Leonis Imperatoris verbis referemus. Cum diuinas eiusdem Apostoli epistolas Ioannes Episcopus interpres & expositor percurreret, erat, vt est verisimile, dubia & suspensa cogitatione, dicens. Quis scit, an Deo grata sit mea interpretatio? Hæc cogitans, rogabat vti de ea re à Deo fieret certior. Quod etiam citò hoc modo factum est.